



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Florus Biblicus Seu Narrationes, Ex Veteri Testamento
Selectæ**

Pexenfelder, Michael

[S.l.], 1711

XXXIII. Rahabæ fides in Hebræos & præmium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64523](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64523)

genus hominum ignavissimum, & mortis timidissimum esse solet) inermem, suis confisum artibus cecidisse. Id certum, DEO Iudice; multis degradatum sceleribus caput, in malè agendi pertinacia, præcipitatum in Tartarum.

Fusis hostibus, urbes omnes, vici, castella, jubente DEO, flammis vastata, & solum, in habitabile redditum. Præter ingentem vim auri factique, quod ultro à milite victore, DEO Servatori dedicatum, capta, sunt ovium sexcenta, septuaginta quinque millia; boum septuaginta duo millia; asinorum sexaginta, unum millia; puellarum triginta duo millia; quæ sunt omnino capita octingenta, & quadraginta millia. Sic ferit Ultio Divina, mortalium flagitijs provocata. Quædam ulcera non fatis inciduntur nisi radicitus excinduntur.

NARRATIO XXXIII.
 RAHABÆ, MULIERI IERICHUNTINAE, FIDES ET
 Officium erga Exploratores ejusdem Urbis,
 à Josua Submissos; & relatum Præmium.
 Josue. cap. 2. Anno Mundi 2584.
 Ante Christum, 1469.

Cum impendentem Rebellium cervicibus
 Justitiam Divinam sæpe sæpius mitigasset
 Moses, de quo supra memoravimus, & ad
 extremum ipse quoque poenas aliquas, obsequij mi-
 nus

his accurate præstiti, dedisset, dum in populi repê-
 dita jam tertium, quartumve, ob aquæ penuriam,
 obmurmuratione, non ut mandatum erat, *Horebæans*
 rupem, solò vocis imperiò profundere iussit aquas,
 sed eas bis inculsâ virgâ provocavit; id quod Numi-
 ni severâ lege exigenti imperata, displicuit adeò,
 ut & ipse, & frater Aaron desiderijs suis, adeundæ
 Palestinæ, quam in conspectu habebant, quàmque
 annis omnino quadraginta per tot viarum asperita-
 tes unice anhelârant, sint immortui; Mosis in magi-
 stratu successit *Iosua* is qui jam antè arcanorum om-
 nium conscius, familiæ Mosis præerat universæ; quî
 divinus Poliorcetes, sine machinis urbes expugna-
 vit; qui, ne tardiùs vinceret, solem stare iussit; *Is-*
raëlitas in Chananæam, promissam olim terram, in-
 duxit; inque ejus possessionem immisit; Summus
 Imperator, qui DEO fretus, non rariùs vicit, quàm
 pugnavit. Ex rebus ejus mirabiliter gestis, quas-
 dam commemorabimus; & primò quidem *Ieri-*
chuntis, explorationem, fidemque in ea re per *Raha-*
bam præstitam.


Iosue, ut in ipso sui muneris aditu omnes boni
 Imperatoris partes obiret, non priùs expeditionem
 (Numinis jussu decretam) in Chananæam, suscipi-
 endam putavit, quàm per exploratores emissos re-
 cognosceret Vires hostium, urbis præsertim *Hieri-*
chuntine, inter primas adoriendæ. Ii tametsi non ig-
 nari, quanto discrimini obijcerent capita, non du-
 bitârunt tamen, fiducia divini præsidij, sese viæ pe-
 riculosæ committere. Superato Iordane, quâ ma-
 ximè vada aperiebat, veniunt sub occasum solis
 (nam hoc cum Sacra Scriptura meminisse juvat)

ad urbem *Terichuntis* portas, & inter alios plures subeuntes ementito se penetrant habitu moxque conjiciunt in aedes, moenibus vicinas. Inhabitabat eas *Rahaba* prostituti corporis femina (Divina pagina meretricem vocat.) Ibi quiete noctis transactâ, postridie urbem dissimulanter obeunt, seque sub vesperam ad suum referunt hospitium. Non potuerunt esse tam inobservati, quin re ad regem delatâ, mitterentur lictores, qui emissarios comprehenderent & oneratos vinculis in custodiam darent. Id agi praesentens callida mulier, abscondit peregrinos in solario seu parte domicilij superiore, eosque lini stipulis, quas ad solem expansas siccabat, cooperit. Superveniunt interea regij apparitores, & advenas perquirunt. Mulier à mendacio, ut credebatur, consilium capiens, respondet, viros quosdam ignotos paullò antè apud se canatos, discessisse; qui si prodicionis suspecti sint regi, posse eos negotiò parvò, de via retrahi ab insequentibus; esse tantum opus celeritate. Illi feminae verbis circumventi, ommissa perscrutatione domûs, ne cunctatione spatium darent fugientibus, excurrunt festinanter per viam, quæ ad *Jordanem* fluvium ducebat, rati, fugam insidiatoribus, undarum obstaculò interclusam iri. Interea mulier adit hospites, indicat, in quanta mortis vicinia versentur, quos tamen ipsa vel capitis sui periculò servatos cupiat, haud nescia, Chananitidis possessionem jure divino genti Hebraeæ concessam; marcere dudum incolarum animos, perterritos famâ rerum mirandarum, quas terra, marique, & recenti Amorrhæorum strage supremus omnium Dominus edidisset; id unum se rogare, ut

men
luisse
tiam
juran
agur
cent
urbis
quan
ri Sy
pinq
& qu
fene
perta
viam
que
bem
lix, c
Narr
rent
scen
nò a
clam
rent

me.

memores, quanto suo discrimine ipsorū saluti confu-
 lisset, urbe per vim occupatā, sibi suæq; familiæ gra-
 tiam rependerent pro beneficio ; ejusque rei fidem
 juramentō confirmarent. Illi præsentēs ei gratias
 agunt, & in futurum abunde relatores jurati polli-
 centur, porrectō in manum funiculō coccineō, in
 urbis expugnatione suspendendō pro fenestra, per
 quam demissi fugam expedierint ; agnitō illo tutela-
 ri Symbolō, domum universam, cum omnibus pro-
 pinquis, qui in eam se recepturi essent, in tuto fore,
 & quavis injuriā liberam. Itaque demittuntur per
 fenestram, in eodem cum urbis mœnibus pariete a-
 pertam ; moniti, conscensīs ut montanis, vitarent
 viam campestrē, perquisitoribus infestam, triduō-
 que laterent, in abdito, donec investigatores in ur-
 bem rediissent. Consilium non minus eventu fe-
 lix, quā inventu sagax. Ita dictum, factūque.
 Nam insecutoribus ad urbem reversis, quod crede-
 rent Hebræos prima nocte Jordanem trajecisse, de-
 scendunt hi de monte, séque ad suos referunt, mag-
 nō affectos gaudiō, sive quod de eorum Salute con-
 clamatum videretur ; sive quod reduces ostende-
 rent, in manu esse victoriam, hostibus timore jam
 devictis & prostratis ; nam quos fregit
 metus, nulla servant arma.



K 4

NAR-